



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Eadem sententia solutione rationum posterioris opinionis confirmatur. c. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

& teneret Dauidem, si ad mare vsque confugeret.

Ador. 17.

Locum ad-
rum erudit
explicatus,

Postremo denique probabile satis existimo, Auctor. 17. Paulum non de immensitate Dei, qua vbiq; præsens est, fuisse locutum; sed ostendere voluisse, quam facile ab vnoquoque nostrum verus Deus cognosci possit, & adorari. Quem sensum ex ipso contextu capitis perspicue mihi colligere videor. Cum enim Athenis vidisset Paulus aram, vbi titulus erat, *Ignoto Deo*, vt eorum stultitiam argueret, qui Deum ignotum esse putabant, & colebant, dixit in hæc verba: *Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis. Deus qui fecit mundum, & omnia, quæ in eo sunt, hic cæli, & terra cum sit Dominus, non in manus factis templis habitat, neque manibus humanis colitur, indigens aliquo, cum ipse dei vitam, & inspirationem, & omnia. Hoc est, cum Deus sit auctor omnium, non indiget templis manibus hominum factis, vt adoretur quod omnibus viuientibus dat vitam, atque omnia conseruat. Subdit: *Fecitque ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terræ, definiti sunt tempora, & terminos habitationis eorum, quætere Deum, si forte attrectent eum. Quali dicat, cum omne genus hominum produxerit, vniuersam terram in eius habitaculum præparauit, definiti sunt tempora, & terminos habitationis eorum, quætere Deum, si forte attrectent eum. Quali dicat, cum omne genus hominum produxerit, vniuersam terram in eius habitaculum præparauit, definiti sunt tempora, & terminos habitationis eorum, quætere Deum, si forte attrectent eum. Quali dicat, cum omne genus hominum produxerit, vniuersam terram in eius habitaculum præparauit, definiti sunt tempora, & terminos habitationis eorum, quætere Deum, si forte attrectent eum.* Quali dicat, cum omne genus hominum produxerit, vniuersam terram in eius habitaculum præparauit, definiti sunt tempora, & terminos habitationis eorum, quætere Deum, si forte attrectent eum. Quali dicat, cum omne genus hominum produxerit, vniuersam terram in eius habitaculum præparauit, definiti sunt tempora, & terminos habitationis eorum, quætere Deum, si forte attrectent eum.*

Attrectare
quid est
Paulum.

19

CAPVT V.

Eadem sententia solutione rationum posterioris opinionis confirmatur.

Ostendimus hæcenus, non satis auctoritate probari, vt posterior sententia contendeat, rationem, & fundamentum existendi in rebus Deo esse operationem: superest, vt in hoc cap.

monstrems, rationem allatam pro eadem opinione satis efficacem non esse. Ea autem innititur propositioni Aristotelis 7. Physicor. textu 10. quam cap. 2. retulimus, nempe causam necessario coniunctam esse cum effectu. Iam vero 3. cap. huius disputationis ostendimus, eam propositionem intelligendam tantum esse de agente corporeo, imo etiam omnia agentia corporata ratione longe diuerfa coniuncta esse secundum situm cum effectu, quam Deus sit præsens rebus, in quas operatur: quare vel hac sola de causa ratio illa non multum roboris habet. Verum concedamus, necessariam esse cuiusque agentis coniunctionem cum effectu: hoc tamen intelligendum est, non de quocunque agente etiam creato, & corporeo, sed de eo, quod vulgo dicitur operari immediate virtutis, & suppositi, vt ex Caietano cap. 2. huius disputationis explicauimus. Sic enim ipse colligit, Si agens hoc modo immediatum est, situm etiam & loco cum effectu debet esse coniunctum: verum hac etiam ratione nihil probatur. Ex eo namque quod aliquod agens vtroque modo proximum sit, non sequitur, loco coniunctum esse cum effectu: ergo ex illa propositione intellecta, vt vult Caietanus, præsentia Dei secundum locum non probatur. Porro non sequi, esse loco coniunctum cum effectu, hac ratione demonstro. Immediatum agens in sententia illius immediate virtutis illud est, quod propria virtute: immediatum vero immediate suppositi, quod sine alia interiecta & supposita sibi causa operatur. Hoc autem sine loci propinquitate optine saluari potest, & intelligi; aliud enim est immediatum, hoc est, nulla distantia interposita, aliud vero, nullo alio intermedio agente operari: posset ergo aliquod agens immediate suppositi, hoc est, nulla interiecta secunda causa operari, & tamen longe à materia, in quam operatur, diffusum esse. Quod si dicant Thomistæ, idem esse operari immediate in immediate suppositi, quod nullo corpore, & distantia interiecta operari, de quo solet esse verborum, non rerum controuersia, vt videbimus q. 23. artic. 3. tunc sane maior illa propositio vera est, omne immediatum agens debet esse coniunctum cum effectu: sed cum sub hac maiori sumitur, Deus est immediatum agens, supponit certe, quod probandum erat, ac proinde facile negari potest: quod si concedatur, solum sequitur, vt 3. cap. huius disputationis notauimus, Deum esse iuxta, non autem intra res ipsas. Id quod ad explicandam Dei præsentiam in rebus non satis est.

Cæterum alij hoc modo vrgent. Omne agens hoc ipso, quod operatur, immediate immediate suppositi, non potest effectum à se remouere, & separare: ergo ipsi necessario coniunctum esse debet: imo ex vi operationis consequitur loci propinquitas. Verum hoc etiam modo ratio allata non magis efficax est. Cum enim dicunt tale agens non posse à se effectum remouere, si de loci distantia intelligant, facile negari potest, & iterum assument quod ipsis probandum erat: Si vero intelligant effectum cum causa ita esse connexum, vt ab ea non pendere non possit, id negari nequit: inde tamen non sequitur, simul secundum locum esse debere. Quare si aliunde id non repugnaret, posset Deus res omnes producere, & conseruare, & eas à se longe remouere: hoc est, ex vi creationis, & conseruationis id non repugnat.

Posset

23 Possit aliquis in confirmationem eius, quod diximus, asserere sententiam Aristotelis de conjunctione agentis cum effectu non esse in vniuersum intelligendam, ut Deum ipsum comprehendat, ac proinde ex sententia illius nihil probari. Nam cum ipse asserat, Deum esse in peculiari loco, non in omnibus rebus, ut i. cap. notauimus, docet nihilominus, in rebus virtutem ipsius derivari. Aut enim i. de Caelo, cap. 9. sub finem aeternitatem quandam diuinam esse in extrema regione caeli, ubi neque vacuum est, neque tempus, quae ita dicta est a semper essendo; ex qua ceteris alijs omnibus vita, & esse proveniat. Id quod libro de Mundo, post medium, clarius dixerat. Vbi de Deo inquit, eum viribus ut indefessis, quantum beneficium assequitur, quae procul amandata videantur, eumque residere in summo vertice caeli. Ceterum cum in eodem libro de Mundo ad Alexandrum ille dixerit, non omnia à Deo proxime gubernari, & conservari, nec tamen multis medijs, instrumentis, & machinis, ut reges regna sua gubernant, sed vno simplici motu caeli, sicut artifices magni vnus chordae ductu diuersas rerum imagines ob oculos ponunt; ideo non multum de auctoritate illius in hac parte curandum est. Existimo tamen, ex eius sententia Deum non esse in omnibus rebus, quas proxime conservat. Ceteras namque intelligentias ab ipso Deo habere esse, ex doctrina Aristotelis perspicuum est: ac in ipsis existere nusquam docuit: solum enim in extrema parte caeli Deum esse asserit.

Ad rationem vero recentiorum quarto loco adductam respondeo, in primis non repugnare Deo, mouere aliquid de extremo ad extremam, sine eo quod transeat per medium, nam si Christus non maneret in caelo, sed ad hostiam descenderet, vere moueretur, & tamen non per medium, sicut modo per medium non transiret: ideo autem nunc non dicitur moueri, quia non deserit locum, in quo prius erat: & nunc Angeli possunt propria virtute hoc modo moueri, ut disputatione 196. cap. 2. videbimus. Sed licet id verum esset, quod assumunt aduersarij, non recte inferri posset, quod contendunt. Quia, ut aliquod agens etiam creatum operetur, non opus est, esse intra rem, in qua operatur: satis est, si effectus eius continuo per spatium diffundatur, etiamsi substantia eius iuxta medium in aliquo peculiari loco maneat: id quod in Angelis, & corporibus contingit. Nam Sol illuminat, ubi substantia eius non est, continuo tamen quodam effectu: sic ergo Deus posset in aliquo peculiari loco manere, & virtus eius continuo quodam effectu diffundi, si alias immensitati ipsius id non repugnaret: quare ex operationis virtute non colligitur, Deum vbique esse.

Adde etiam discrimen inter motum corporis, ut non possit non esse continuus per medium, & virtutem infinitam Dei, ut possit in distans operari. Motus enim est in ipso mobili, & ita continuo in ipso debet esse: at vero effectus non est in operante, ac proinde non videtur eadem necessitas, ut sit illi coniunctus ex vi operationis, nisi aliunde id esset necessarium. Imo vero infinitas potentiae formaliter, ut talis est, non obstante distantia operaretur, quia infinitas haec ad omnia se extendit, & omnia complectitur. Est autem semper coniuncta effectui, imo intra illum ratione

Vasq. in 1. partem Tom. 41.

immensitatis, cui coniungitur, quae non est de conceptu formali ipsius.

Ad rationem quinto loco allatam respondeo, infinitatem potentiae Dei non consistere in eo, ut repleat omnem locum, & nulli peculiari sit alligata: sed id provenire ex immensitate, quae est aliud attributum, de quo in hac quaestione differit S. Thomas: infinitas autem potentiae alterius rationis est, sine ordine videlicet ad locum: solum enim dicitur infinita per respectum ad effectum, ut disput. 103. dicemus: immensitas vero per respectum ad locum dicitur infinita. Præterea infinitas secundum esse nisi coniuncta esset immensitati formaliter, ex se intelligi posset etiam in loco peculiari; quia haec in alio consistit, quam in respectu ad locum, ut in ea disput. & 25. explicatum est. Immerito ergo aduersarij has infinitatis rationes confundunt, ut ex operatione deducant rationem immensitatis.

Pater igitur ex praedictis, praesentiam realem Dei in omnibus rebus, ex operatione transeunti non satis demonstrari: id quod in precedenti cap. posteriori loco probandum proposuimus. Ob id tamen non existimo sententiam Scoti ratione aliqua efficaci ex proprijs principijs petita probari posse: sed ex eo solum quod ut Deum in loco constituamus, sine vgenti aliqua ratione non debemus ad operationem recurrere, sed essentiae ipsius secundum se immensitatem tribuere.

Vna mihi videbatur subesse ratio, qua probabiliter saltem ratio posterioris sententiae confirmari posset hoc modo. Si Deus alias non esset in omnibus rebus ratione suae immensitatis, nihilominus ratione vnionis hypostaticae esset in natura humana: neque enim intelligi potest persona aliqua vnita substantialiter alienae naturae, si ab ea loco distita sit: cumque ad vnionem substantialem praesentia illa secundum locum non sit necessaria tanquam praevia dispositio, sequitur ipsam vnionem hypostaticam esse rationem, & fundamentum talis praesentiae. Eodem igitur modo quamuis Deus substantia sua in rebus non esset, ratione tamen operationis, ipsis coniungeretur. Verum in hac ratione illud est difficile, quod vnio agentis cum effectu in proprio genere non videtur ita intime rebus conuenire, sicut vnio personae cum natura, cum haec sit multo maior, & altior coniunctio, quam agens cum effectu. Quare mirum non est, si vnio hypostatica sit ratio sufficiens praesentiae secundum locum, operatio vero non sit.

ARTICVLVS II.

Utrum Deus sit vbique.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod Deus non sit vbique. Esset enim vbique, significat esse in omni loco. Sed esse in omni loco non conuenit Deo: cui non conuenit esse in loco, nam incorporalia, ut dicit Boethius in lib. de hebdo. non sunt in loco. Ergo Deus non est vbique.

2. Præterea. Sicut se habet tempus ad successiua, ita se habet locus ad permanentia. Sed vnum indiuisibile actionis vel motus, non potest esse in diuersis temporibus: ergo nec vnum indiuisibile in genere rerum permanentium potest

Respondetur
tertia ratio.

Auctoris sententia.

Efficiens ratio
pro sententia
Santis Thomae.

25

Solutio.

40
i. Aristot. 374
q. 2. artic. 1.
& 3. Et 3.
concr. gent.
cap. 68.

Huius libri
titulus est:
An omne
quod est
bonum sit
circa principium
et finem.

N test

rest esse in omnibus locis. Esse autem diuinum non est successiuum, sed permanens, ergo Deus non est in pluribus locis. Et ita non est vbique.

3. Præterea. Quod est totum alicubi, nihil eius est extra locum illum. Sed Deus si est in aliquo loco, totus est ibi: non enim habet partes. Ergo nihil eius est extra locum illum. Ergo Deus non est vbique.

Sed contra est quod dicitur Ieremiæ 23. Cælum & terram ego impleo.

Respondeo dicendum, quod cum locus sit res quædam: esse aliquid in loco potest intelligi dupliciter. Vel per modum aliarum rerum, id est, sicut dicitur aliquid esse in alijs rebus quocumque modo, sicut accidentia loci sunt in loco: vel per modum proprium loci, sicut locata sunt in loco. Vtroque autem modo secundum aliquid Deus est in omni loco: quod est esse vbique. Primo quidem sic est in omnibus rebus, ut dans eis esse & virtutem, & operationem: sic enim est in omni loco, ut dans ei esse & virtutem locatiuam. Item locata sunt in loco in quantum replent locum: & Deus omnem locum replet: non sicut corpus, corpus enim dicitur replere locum, in quantum non comparitur secum aliud corpus: sed per hoc quod Deus est in aliquo loco non excluditur, quin alia sint ibi, imo per hoc replet omnia loca: quod dat esse omnibus locatis, quæ replent omnia loca.

Ad primum ergo dicendum, quod incorporalia non sunt in loco per contactum quantitatis dimensiuæ, sicut corpora, sed per contactum virtutis.

Ad secundum dicendum, quod indiuisibile est duplex: vnum quod est terminus continui, ut punctus in permanentibus, & momentum in successiuis. Et huiusmodi indiuisibile in permanentibus, quia habet determinatum situm, non potest esse in pluribus partibus loci, vel in pluribus locis: & similiter indiuisibile actionis vel motus, quia habet determinatum ordinem in motu vel actione, non potest esse in pluribus partibus temporis. Aliud autem indiuisibile est, quod est extra totum genus continui: & hoc modo substantiæ incorporeæ, ut Deus, Angelus, & anima dicuntur esse indiuisibiles. Tale igitur indiuisibile non applicatur ad continuum, sicut aliquid eius, sed in quantum contingit illud sua virtute: unde secundum quod virtus sua se potest extendere ad vnum vel multa, ad paruum vel magnum, secundum hoc est in vno

vel pluribus locis, & in loco paruo, vel magno.

Ad tertium dicendum, quod totum dicitur respectu partium. Est autem duplex pars, scilicet pars essentia, ut forma & materia dicuntur partes compositi: & genus & differentia partes speciei. Et etiam pars quantitatis, in quam scilicet diuiditur aliqua quantitas.

Quod ergo est totum in aliquo loco totalitate quantitatis, non potest esse extra locum illum: quia quantitas locati commensuratur quantitati loci: unde non est totalitas quantitatis, si non sit totalitas loci. Sed totalitas essentia non commensuratur totalitati loci. Unde non oportet quod illud quod est totum totalitate essentia in aliquo nullo modo sit extra illud. Sicut apparet etiam in formis accidentalibus, quæ secundum accedens quantitatem habent: albedo enim est tota in qualibet parte superficiiei, si accipiat totalitas essentia: quia secundum perfectam rationem suæ speciei inuenitur in qualibet parte superficiiei. Si autem accipiat totalitas secundum quantitatem, quam habet per accedens, sic non est tota in qualibet parte superficiiei. In substantiis autem incorporis non est totalitas, nec per se, nec per accedens, nisi secundum perfectam rationem essentia. Et ideo sicut anima est tota in qualibet parte corporis, ita Deus totus est in omnibus & singulis.

Observationes ad explicationem articuli.

DOctrina huius articuli duabus conclusionibus perstringi potest. Vna est, *Deus est in omnibus rebus ad eum modum, quo accidentia loci sunt in loco, atque hoc pacto Deus dicitur esse in omnibus rebus, quantum illis tribuit virtutem ad operationem, ac proinde virtutem loci.* Altera est, *Deus est in rebus sicut locatum in loco replens illas, non sicut corpus replet latera superficiiei continentis: sic enim replet, ut cum illo aliud esse non possit cum Deo autem corpus esse potest: sed ideo dicitur Deus res omnes implere, quia intime presentia sua eas penetrat.* 16

Ad maiorem vero huius doctrinae explicationem primam obseruandum est, non esse idem, quod in hoc articulo querit S. Thomas, & quod in precedenti proposuerat. In precedenti namque queriuit, an Deus esset in omnibus rebus, & solum respondit in ipsis esse. An vero in illis esse dicatur, sicut in loco, non definiuit. In hoc vero articulo, iam inquit, an Deus sit in rebus, tanquam in loco, ideoque in titulo proposuit, *An Deus sit vbique.* Aduerbium enim, *vbique* locum significat.

Optime autem respondet, Deum esse in loco, tum sicut virtus loci est in loco, tum etiam sicut locatum. Albertus vero in i. d. 37. artic. 2. esse Deum in rebus, & esse vbique hoc modo distinguit ita ut esse in rebus sit, esse in illis eas conferuando; esse vero vbique, sit esse in rebus tribuendo eis virtutem loci. Multo tamen melius S. Thom. dixit,

xit, Deum esse ubique, & sicut virtus loci dicitur esse in loco, & sicut locatum.

Deinde obseruandi sunt varij loquendi modi Sanctorum Patrum, qui licet primo aspectu difficiles videantur, tamen neque doctrinæ articuli, neque veritatis aduersantur. Chrysost. homil. 5. in epist. ad Colossen. inquit, *Nusquam est deus, & tamen ubique.* Hoc etiam modo loquutus est Philo in lib. de Confusione linguarum satis post medium, & Damascenus 1. de fide cap. 16. *Deus inquit, ut qui materia, ac circumscriptio expers sit, haud quaquam in loco est. Ipse enim sui ipsius locus est, ac supra omnia existens, omniaque ipse complectens, & tamen in loco esse dicitur.* Eodem sensu dixit Theophilus Antiochenus lib. 2. ad Antholycum non longe à principio in tom. 5. Bibliot. sacrae, Deum non capi loco, sed ipsum esse rerum omnium locum, & Athanasius in rescripto ad Liberium, Deum esse incomprehensibilem loco, August. serm. 8. de verbis Domini, Deum nullo loco contineri, & lib. de essentia diuinitatis, in principio Deum esse illocalem, & lib. 83. quæst. q. 20.

Phil.

Damascen.

27

Theophil.

Athanas.

August.

Basil.

Expositio
sua Sancti
rum.

Bernardus.

August.

28

Anselmus.

Tertianus.

Isidorus.

Deum non esse alicubi : & Basilus homilia, quam in sequenti disputatione citabimus, Deum non esse in aliquo loco. Id vero dixisse intelligendi sunt, non quod negauerint substantiam Dei rebus omnibus vere esse presentem, sed quia Deus ita sit in rebus, vt nulla superficiei circumfcribatur, vt notasse videtur August. in q. illa 20. vel quod Deus in nulla re ita sit, vt ea definiatur, & concludatur, quæ ratione dixerūt, ipsum nusquam esse, & loco esse incomprehensibilem, imo ipsum esse rerum omnium locum, quod instar loci naturalis omnia contineat, & conseruet: ideoque sibi esse locum, quia nullibi, nisi in seipso adæquate esse potest. Quem modum loquendi alios quoque Patres fuisse sequutos, in sequenti disputatione videbimus. Quare Bernard. lib. 5. de consideratione ad Eugenium longe ante medium ita loquitur. *De eo, scilicet Deo, compertum est, quod nusquam sit, quia non clauditur loco, & nusquam tamen non sit, quia non excluditur loco.*

Eodem pacto August. lib. illo de essentia diuinitatis dixit, Deum esse illocalem, quoniam de loco ad locum (inquit ille) nequaquam transit, sed neque loco quolibet retinetur. Vbi non tantum illocalem appellat, quod non circumfcribatur superficiei, sicut corpora, sed quia loco peculiari non definiatur, sicut Angelus. Quocirca optime de Deo dixit Anselmus in Monologio cap. 22. & 23. Si vsus loquendi admitteret, conuenientius dici videretur, Deum esse cum loco, vel cum tempore, quam in loco, vel in tempore. Quare in eius sententia diceretur Deus nullibi esse: nam alicubi esse, est in loco, non cum loco esse.

Postremo animaduertendum est, vt sequenti disp. fusius explicabimus existentiam Dei in rebus proprie esse substantialem quandam præsentiam, quæ absque vlla loci præsentia intelligi potest. Locus enim quacunque ratione sumatur, sine distantia aliqua esse nequit: quæ adeo si non sint corpora, locus nulla ratione esse, nec intelligi poterit. Deus autem in rebus etiam spiritualibus est immensitate sua, non locali præsentia, quia Angeli secundum se nullam habent distantiam, vt sequenti disp. patebit: sed substantiali: existentia ergo Dei in rebus à præsentia locali separari potest. Hinc fit, vt primaria existentia Dei in rebus sit

Vasquez in 1. part. Tomus 1.

substantialis, sed quia corpora, in quibus est, sunt alicubi ratione suæ quantitatis, ipse quoque secundarie in loco esse dicitur.

Ratio vero, ob quam Anselmus dixit, Deum potius cum loco esse, quam in loco, est, quia esse in loco, si vim verborum attendamus, de ijs tantum videtur dici, quæ loco circumfcribuntur, aut definiuntur, sicut in tempore esse, dicitur de ijs, quæ tempus ipsum metitur. At quæ cum loco sunt, aut cum tempore, ea esse videntur, quæ nec loco nec tempori villo modo subiecta sunt, sed locum, & tempus solum comitantur.

29
Secundarie
Deus est in
loco.

DISPUTATIO XXIX.

An Deus extra cælum, vel in vacuo intra cælum esse possit, aut ante mundi creationem alicubi fuerit.

Deum esse extra cælum, & in vacuo esse posse docuerunt Maior, & Caietanus, cap. 1.

Deum non esse extra cælum, communis opinio Scholasticorum, & patrum affirmat, cap. 2.

Eadem communis opinio ratione probatur, cap. 3.

Respondetur testimonijs pro priori sententia allatis, cap. 4.

Diluantur rationes eiusdem sententia, cap. 5.

CAPVT I.

Deum esse extra cælum, & in vacuo esse posse, docuerunt Maior & Caietanus.

TRia quæ in controuersiam reuocata videntur, eandem prorsus questionem habent. Nam si Deus in vacuo intra cælum esse potest, extra cælum quoque in spatio illo imaginario & infinito erit, & ante mundi creationem in eodem, atque in ea parte fuisset in qua mundus creatus esse videtur. Hac igitur vnica disputatione omnia hæc simul expendemus.

In ea vero prior sententia sit, quam tradidit Ioannes Maior in 1. d. 37. q. 1. Caietanus in illud Ioan. 12. *Ego lux veni in mundum*, nempe Deum in toto spatio imaginario ante creationem mundi fuisse, & post illam extra cæli regionem, vbi antea erat permansisse, ac proinde in vacuo, si intra cælum daretur, destructa aliqua substantia manere posse. Pro hac sententia referuntur Durandus, Gabriel, imò S. Thom. & Hugo de Sancto Victore, qui plane oppositum asserunt. Ea vero Theologorum vulgo adeo facilis intellectu visa est, vt multo magis plausibilis sit, quam opposita. Conantur vero auctores illius sic eam persuadere.

Maior
Caietanus
Ioan. 12.

Primum quidem auctoritate Philosophorum, Arist. enim 1. de Cælo cap. 9. sub finem, Deum extra Cælum esse asserit. Eamque fuisse sententiam Stoicorum, affirmat Tertullianus lib. aduersus Gent. c. 40. num. 593. vt liguli modo hanc molem cælorum conuertat.

Auctoritate
probat
prima sen-
tentia.
Aristoteles.
Tertullianus.

Deinde confirmari potest testimonijs Patrum, & Scripturæ. Inter quos primo August. disertè videtur eam tradidisse, namque de Ciuit. c. 5. arguens contra eos, qui dicebant Deum ab æterno mundum condidisse, sic ait: *Nam si infinita spatia temporis ante mundum cogitant, in quibus eis non videtur Deus ob opere cessare potuisse. Similiter ergo cogitant extra mundum, infinita spatia locorum, in quibus si quis dicat non potuisse vacare omnipotentem, nonne consequens erit, vt innumerabiles mundos cum Epicuro somnare cogantur? Quasi dicat hoc concedi non debet: ergo fatendum est, Deum per infinitam durationem, & in in-*

August.